

# Epistle for the Eleventh Sunday After Pentecost

**L**

Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apóstoli ad Corínthi-os.

**F**

RAtres: Notum vobis fáci-o Evangé-li-um, quod prædicávi vobis,

quod et accepístis, in quo et sta-tis, per quod et salvámini: qua ra-ti-óne

prædicáverim vobis, si tené-tis, ni-si frustra credidístis. Trádidi enim vo-

bis in primis, quod et accépi: quóni-am Christus mórtu-us est pro peccá-

tis nostris secúndum Scriptúras: et qui-a sepúltus est, et qui-a resurréxit

térti-a di-e secúndum Scriptúras: et qui-a visus est Cephæ, et post hoc

úndecim. De-índe visus est plus quam quingéntis frátribus simul, ex

quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormi-é-runt. De-índe

visus est Jacóbo, de-índe Apósto-lis ómnibus: novíssime autem ómni-um  
tamquam abortívo, visus est et mi-hi. Ego enim sum mínimus Aposto-  
lórum, qui non sum dignus vocári Apóstolus, quóni-am persecútus sum  
Ecclési-am De- i. Grá-ti-a autem De-i sum id quod sum, et grá-ti-a ejus  
in me vácu-a non fu-it.